



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

23 Excommunicati sunt inhabiles ad beneficia obtinenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

nam expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur. *l. condiciones. ff. de condit. & demonstrat.* sed cum in litteris nihil superflui ponatur, d. clausula tollit jus ad rem, licet præservet jus in re, Roman. *cons. 256. vers. 3. quia dicto.* Calder *cons. 8. in fi. de rescript.* Felyn. *in cap. causam que. num. 26. eod. tit. & Rebuff. de for. & declar. nov. provis. super clausula, dummodo tempore data, & c. nu. 2, par. 1.*

- 18 An autem vigore litterarum † Apostolicarum, in quibus dicta clausula reperitur apposta, debeat pars citari, cum executor Apostolicus possit procedere, parte vocata, & non vocata, ut per Rotam *decis. 6. num. 3, de rescr. in antiquo.* Respondetur negative, late Felyn. *in cap. si. numer. 22, de presump.* si tamen compareat contradictor, qui velit audiri, & de jure quæsito, vel competenti docere contra provisionem Apostolicam de subreptione, aut alias objiciendo, debet vocari, & executor officium judicis sibi assumere, judicialiter, ²¹ juris ordine servato procedendo. Innoc. *in cap. proposuit. num. 5, vers. & nota, & ibi Host. de concess. prab. Abb. in de cap. si. nu. 13, circ. fin. vers. sed si comparat.* & ibi Felyn. *nu. 27, de presump.* quod maxime procedit, si contradictor sit in possessione, †
- 19 quia non est de intentione Papæ, ut quis removeatur à possessione sine causæ cognitione. Innoc. *in cap. 1, numer. 4, de concess. prab. in 6, & Felyn. in d. cap. si. numer. 24, de presump.*

- 20 Inferitur propterea ex his, † quod nunquam intelligitur commissa mera executio in beneficialibus, quia posset fieri alteri præjudicium. Abb. *in d. cap. si. paul. ante nu. 13, & ibi Felyn. post Ant. Abb. & Imol. quot citat: de presump.* quod tamen intel-

lige, nisi constaret de contraria mente Pontificis providentis, seu providere mandantis, alicui ex certa scientia, removendo aperte omnes exceptiones. Abb. *in d. cap. si. num. 13, vers. tertius casus.* Et ideo videmus, quòd Papa pro executione litterarum Apostolicarum provisionum beneficiorum vacantium per obitum in mensibus Sedi Apostolicæ reservatis, quandoque concedit literas in forma Brevis de tradenda possessione, amoto quocunque detentore, non tamen Apostolica auctoritate provisio, omni, & quacunque appellatione remota, amotaque actione spolij ac unde vi, decreto irritanti, & clausula sublata, & c. de super adjectis, & tunc cum constat de evidente mente Pontificis, de cujus auctoritate, & plena in beneficialibus potestate non est dubitandum. *cap. 2. de prab. in 6.* cum alijs supra deductis executio impediri, aut retardari non potest, nisi in duobus casibus, quando reus probaret, se Apostolica † auctoritate provisum, quæ exceptio oritur ex ventre litterarum, & impedit executionem. Gomez. *in compend. utius Sign. num. 84. ver. & est advertendum.* & Gig. *de pens. quest. 85. nu. 10.* aut actorem majori excommunicatione excommunicatum, vel irregularem, quæ exceptio in continenti probari debet, *cap. unic. de except. in 6.* † & cum quo nunquam præsumitur dispensatum, nisi dispensatio probetur *cap. ordinarij. §. in conferendis. de off. ord. in 6.*

- 23 Nam excommunicati sunt inhabiles † ad beneficia obtinenda. *cap. postulatus, in princ. de cler. excomm. ministr.* Abb. *in c. fin. nu. 3. eod. tit. & Paris. cons. 29. nu. 4. vol. 4.* † & etiam irregulares, idem Abbas. *in c. cum nostris. nu. 22. cir. fin. de concess. prab.* qui non admit-